Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



apluuia. IR Vinea facta est. Lectio viii.
Hec est hereditas seruorum dni et iusticia eorum apud me dicit dns. Omnis sitientes
uenite ad aquas et qui non habetis argentum festinate emite et comedite. Venite emite absque argento et absque ulla commutacione uinum
et lac. Quare appendistis argentum non in panibus
et laborem uestrum non in satuitate. Audite au
dientes me et comedite bonum et delectabitur in
crassitudine anima uestra. Inclinate aures uestras
et uenite ad me et fiam uobiscum pactum in
sempiternum misericordias dauid fidelis. Ecce testem dedi
populis eum ducem ac preceptorem gentibus. Ecce
gentem quam nesciebas uocabis et gentes quae te non
cognouerunt te ad te current propter dnm dm
tuum et sanctum israel quia glificauit te. Querite dnm dum
inuenire potest. Inuocate eum dum prope est. Delin
quat impius uiam suam et uir iniquus cogitaciones
suas et conuertatur ad dnm et miserebitur eius et ad
dm nrm. quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim
cogitaciones mee cogitaciones uestre. neque
uie mee uie uestre dicit dns quia sicut exaltatur
celum a terra sic exaltate sunt uie mee a uiis
uestris et cogitaciones mee a cogitacionibus uestris